







VII
POLITIANI
SYLVAE
EC.
182
INCUNABULI
M
6
16
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze
1491









# Angeli Politiani prȩlectio: Cui titulus Panepistemon

q VI libros aliquos enarrare Aristotelis ingrediuntur, cōsueuere a pricipio statim philosophiā ipsā uelut in mēbra partiri: quod & Themistiū facere uidemus, & Simpliciū, & Ammoniū: & alios itē Peripateticos ueteres. Mihi uero nūc Aristotelis eiusdem libros de moribus interpretāti cōsiliū est, ita diuisionē istiusmodi aggredi, ut quoad eius fieri possit, non disciplinæ modo & artes uel liberales quȩ dicunt̄, uel machinales: sed etiā sordidȩ illȩ ac sellularię: quibus tamen uita indiget: intra huius ambitū distributiōis colligātur. Imitabor igit̄ sectiones illas medicorū, quas Anatomas uocāt. Imitabor & tabulariorū calculos. Nā & diuidā singula ꝓpe minutatim: & i sūm ī sūmarū redigam: quo possit unūquodque uel facilius percipi uel fidelius retineri. Nec āt me fallit q̄ sit opis ardui, q̄ nec ab ullo temptatū hactenus, q̄ deniq; obtrectatoribus opportunum quod polliceor. Sed ita homo sum. Sordent usitata ista, & exculcata nimis: nec alienis demū uestigiis insistere didici: quoniam ī magnis etiā uolūtas ipsa laude sua nō caret: & uilissimos hoīum Plato existimat imitatores: meritoq; ob id a Vate Horatio seruum pecus appellati sunt. Obtrectatorū uero nulla ꝓrsus habēda ratio: qui si nunc desit occasio: facile tamen inueniēt alterā. Illud obsecro ne quenq̄ ꝑturbet,

a i



quod ipsis artium uocabulis etiāq; græcis utar inter dum: Siquidem pleraq; sic exposita reperiūtur: ut latine nondum loqui didicerint: sed & multa diuersis artibus disciplinisq; cōmunia semel explicata/mox quasi digito notari/ nutuq; significari sat erit. Nunc adeste animis quæso & auribus omnes/ac fauete dicenti/magnam ( ni fallor ) & ex pspicua breuiq; rerū tātarum distinctione utilitatem: & ex erudita quadā nouaq; uocum diuersarū uarietate uoluptatem percepturi. Nec pompam tamē hic orationis/aut uerborum phaleras expectetis/& pictę tectoria linguę. Nā quod eleganter Manilius inquit Astronomus. Ornari res ipsa negat contenta doceri.

Tria sūt igit̄ inter hoīes genera doctrinarū. Inspiratū: Inuentū: Mixtū. In primo genere Theologia nostra. In secūdo mater artium Philosophia. In tertio Diuinatio sita est.

Theologia Deū speculatur/ut ī eo cuncta sint/ut ab eo pficiscunt̄/ut ad eundē redeūt/ut in eodem conquiescūt. Huius instrumētū duplex est/uetus atq; nouū. Quod utrunq; ī legales/ historicos/morales/ ppheticosq; libros diuidit̄: quos Canonicos appellamus.

Philosophia Spectatiua ē Actualis/Rōnalis. Sed spectatiua pars aut res cōsiderat materię prorsus īplicitas/ aut a materia penitus abiunctas/ aut medias quasdā re cōiunctas/intellectione distractas: easq; uel substā

tias uel accidẽtia. Rursus hęc aut qua multitudo sũt aut qua magnitudo. Multitudo ut absoluta/ut relata: Magnitudo ut manens/ut mobilis. Ex hoc igitur spectatiui generis quasi stemmate naturalis & prima philosophia tũ quę de aĩa ptractat/& Mathematicæ quattuor seu doctrinales/Arithmetica: Musica: Geometria: & Sphęrica cũ suis illis quasi pedissequis/Calculatoria: Geodesia: Canonice: Astrologia: Optica: & Mechanica nascuntur.

Actualis pars mores expendit: sed aut singulorum/aut familię/aut ciuitatis. Vnde quasi trigeminus partus Moralẽ/Dispẽsatiuã/Ciuilẽq; protulit.

R õnalis aut indicat/aut narrat/aut demonstrat/aut suadet/aut oblectat. Vnde Grãmatica Historia Dialectica Rhethorica/& Poetica emerserũt.

Naturalis aut circa ea uersatur/quę cõmuniter insunt rebus/aut circa ea quæ uident̃ inesse/nec insunt. Inesse uidẽtur nec insũt inane & infinitũ. Insũt aũt uel principia uel quæ prĩcipiis adnexa/uel quæ de principiis exorta. Principia sunt aut causę/aut cõcausæ. Causæ aut efficientes/aut finales. Cõcausæ uel formales/uel materiales. Causis tamẽ exemplariam Plato: concausis officialẽ adiunxit. Principiis adnexa: Motus Locus/Tempus/& Cõtinuum. De prĩcipiis orta: simplicia & cõposita. Simplicia: uel sempiterna ut cælũ/ uel corruptibilia/ut elemẽta. Cõposita: uel ĩpfecta uel

perfecta. Imperfecta quæ gignũtur in ſublimi. Rurſus pfecta uel inaĩa ut metalla/uel animata/quæ aut uegetabilia/aut ſenſibilia/ aut horũ media. Vegetabilia ut plantæ/quæ aut herbæ aut frutices aut arbores. Sẽſibilia ut aĩalia quæ uel rõnalia ut homo: uel rõne carẽtia ut bruta. Media ſunt quæ græci Zoophyta uocãt.

Naturalis ãt philoſophiæ quaſi alũna medicina eſt: quã Theophilus gręcus auctor ĩ theoricen practicenq; diuidit. Theoricenq; rurſus ĩ naturæ cauſarũ ſignorũq; rationes: hoc ẽ physiologicon: Aetiologicõ: Simioticon. Item physiologicon ĩ elemẽta/humores/complexus/particulas/ poteſtates/officia. Sic Aetiologicon ĩ cauſas prępuertẽtes/prępuias/cõtinẽtes/quæ procatarctica: proegumena. Synectica uocat. Simioticon rurſus ĩ pręſentium diſcerniculũ: futurorũ pręſagiũ: prętеritorum memoriã. Practicen denuo ſalubriũ dicit eſſe/ & eorum quæ curã deſiderent: Alterũq; hygiinon: Alterum Therapeuticon appellat. Quod quoniã ĩ uictu/ medicamẽtis/ manuq; ſit/nũc Dięteticõ/ nũc Pharmaceuticon/nũc Chirurgicon uocatur. Quod aũt uictu curat: id aut ſenectutẽ gubernat & Gerocomicon: aut defectos reficit & Analepticon/aut noxã præcauet & Prophylacticon appellatur. Medicos ãt ueterinarii ſequuntur: quos Hippiatrus græci uocãt/hiſdẽ quibus medici ueſtigiis ingrediẽtes: q̃uis alii quidam morbi ſint in iumẽtis. Etenim Coriginoſi Farciminoſiq; fiũt

equi. Malleo/Pulmunculo/Exungulatione/cæterisq;
similibus laborant: Quod genus hominem rarenter
attingit.

Prima Philosophia Deū mentesq; corpore seiunctas/ac
multiplicia doctrinarū oīum prīcipia quæ uocamus
Axiomata: sed naturæ uestigiis indagat.

Animę uis triplex: quę uegetat: quę sentit: quæ rōne uti
tur. Prima in alendo/ augendo/gignendo continet̄.
Altera ī sensibus quinq;/Sensu communi/Phantasia/
Memoria. Tertia in intellectu qui actu dicitur/appel
lat̄q; mens/ & eo qui potestate: Cuius partes Opinio
& Dianoea: quæ nescio an recte cogitationis uocabu
lo exprimatur. Expetitio uero in ratione uoluntas/
in sensibus aut iracūdia est/aut libido. Nemesius aūt
sic in libro de homine. Vis inquit animæ triplex est.
Aīalis/Vitalis/Naturalis. Primi generis Mens/Phāta
sia/Ratiocinatio/Memoria/Cogitatio: Tum opinio/
sensusq; particulares & quicunq; motus ab electione
proficiscuntur. Secundum genus in respiratione cōti
netur & pulsibus. Tertium uero in gignendo/nutri
endo/augendo/cōtinendo/transmutando/excernen
do. Fit & illa diuisio de pṫibus corporis: ut ī cerebro
Ratio: Ira ī corde: Cupiditas collocet̄ in iecore/quod
uirtutibus est & uitiis cōmune seminarium.

Arithmetica numerū tractat aut seorsum quēq; spectās
aut ad alium referens. Qui seorsum spectat̄ par est

& impar. Par aut pariter par/aut pariter ipar./ aut im pariter par. Itemq; aut superfluus aut deminutus aut perfectus. Impar aut primus & compositus/aut secũdus & compositus: aut p se secũdus & cõpositus ad aliũ primus & incõpositus. Ad aliũ relatus aut ęqualis/aut inequalis. Hic aut maior/aut minor. Et maior aut simplex/ aut cõpositus. Simplex/aut multiplex/ aut supparticularis/aut suppartiẽs. Compositus aut multiplex supparticularis: aut multiplex suppartiẽs. Minor maiori subiugalis ęque diuidit̃. Illiusq; numeri ꝓlogi dicunt̃: huius Hypologi/ quasi duces & comites. De multiplicibus duplæ/triplę. De supparticularibus Sexqualteræ/ Sexquitertiæ. De superpartiẽtibus Superbipartiẽtes/Suptripartiẽtes/& deinceps oriũtur: ac rata eadem ratio ĩ compositis. Rursum qui per se cernit̃ cõtinẽs numerus/Linearis/Planus/Solidus. Pyramis etiãq; curta/Quadrãtalia/Asseres/Laterculi/ Cunei/Parallepipedi/ Gradati: altera parte lõgiores & orbiculares.

Musica naturalis est & artificialis. Naturalis humana & mundana. Humana tribus animi partibus intellectu/sensibus/habitu: tres efficit & ratiões Diapason/ Diapente/Diatessaron. Prima enim(ut Ptolemęus inquit) septẽ cõtinet illa: Mentẽ/Imaginationẽ/ Memoriã/Cogitationẽ/Opinionẽ/Rationẽ/Sciẽtiam. Quo numero consonantia constat/ quæ uocatur ex omni

bus. Secunda quattuor: Visum/ Auditum/ Olfactum/ Tactum (nam in eo gustatus est) ęquas numero partes quinarię partibus. Tertia rursum tres: Auctum/ Fastigium/ Decrementum: cui quaternaria respondet. Item si partes animæ feceris ratiōis/ iræ/ cupiditatisq; sedes: in prima septem sunt: Acumen/ Ingenium/ Sollertia/ Consilium/ Sapientia/ Prudentia/ Experientia. In altera quattuor: Aequanimitas/ Impauiditas/ Fortitudo/ Tolerantia. In tertia tres: Temperantia/ Continentia/ Verecundia: quibus triplex eadem Symphonia conflatur. Omniū autem inter se concordia iustitia nominatur. Item trinis generibus spectatiuæ partis & actiuæ tria illa congruunt Enharmonium naturali moraliq;: Diatonicum diuino & ciuili: Chromaticum Mathematico & Oeconomico. Productionum uero mutationes uitæ morumq; conuersionibus respondent.

Mundana Musica cernitur in eo quod cælestiū motus sicuti Pthongus Diastemate cōstat/ circularesq; ambitus harmonicorū systematum referūt Apocatastasis: quas auctore Materno interpretari redintegrationes possumus/ tū siderū ipsorū aspectus: qui Trigono: Tetragono Dodecatemorio Dimēsiōe fiūt Diatessaron/ Diapēte/ Tonum/ Diapason faciūt: Motusq; ad orientem uel occidentē grauissimis sonis: in cæli uero Meditullio comparatur acutissimis. Altitudines

Chromaticen gignũt/Enharmonion/Diatonion: Latitudines/Tropos. Lunę facies Tetrachordorũ referũt iugatiões: Quæ oīa diligẽtissime ꝓsequr̃ Ptolemęus.

Artificialis aut Harmonica aut Rhythmica aut Metrica est. Harmonicę partes septẽ: Soni/Spatia/Systemata/Genera/Toni/Mutationes/Modulatio. Sonorũ potestates īfinitę: sed & quę traditæ sũt omittenr̃. quoniã uitamus insolẽtiã peregrinarũ uocũ. Sunt ãt Soni aut Statarii/aut Vagi. Statarii aut grauiter crebri/aut mediocriter/aut acute/aut nõ crebri. Vagi aut quasi subprincipales/aut quasi extenti. Rursus aut Symphoni aut Diaphoni/aut Homophoni: Quorum differẽtiæ quinq;. Prima ĩ acumine & grauitate. Secũda ĩ spatio. Tertia ĩ Systemate. Quarta ĩ uocis regione: Quinta ĩ indole illa uel sensu quod græce uocar̃ ηθοσ. Spatiorũ Minimũ apotome/dein Diaschisma/tũ Schisma/supra Diesis modulãdi pricipiũ. Mox Hemitoniũ/Tonus/Ditonũ. Sũt ãt spatia maiora/minora/Symphona Diaphona/Enharmonia/Colorata/Diatonica/effata/ieffabilia. Rursus ĩcõposita/ut Diesis: quæ diu ex usu recessit. Cõposita ut Diatessaron/& cõposita & ĩcõposita/ut Hemitoniũ/Tonus. Itẽ paria/ĩparia/rara/dẽsa.

Systemata quę ueteres ĩdolis initia uocitabãt ꝑrim differẽtias hẽnt easdẽ/quas & spatia/ꝑrim diuersas. Nã sũt Cõtinua/Trãscẽdẽtia/Sĩplicia/nõ Sĩplicia/Cõiuncta/Disiũcta/Cõia/Tetrachorda/Pẽtachorda Octachorda.

Genera tria sunt: Harmonia/Chroma/Diatonon.

Toni apud Aristoxenum .xiii. Hypodorius/ & Hypophrygii duo: Hypolydii duo: Dorius: Phrygii duo: Lydii duo: Mixolydii duo: Hypmixolydius unus: his iuniores duos Hypæoliũ adiciũt & Hyplydium.

Cõmutationes/ quattuor fiunt modis/ Genere/ Systemate/ Tono/ Modulatione.

Modulatio triplex: Assũptio/ Mixtio/ Vsus. Cuius tres illæ partes Petia/ Ploce/ Agoge: Quę & ipsa triplex: Recta/ Reuertẽs/ circulans.

Modulationis Tropi tres genere: Dithyrãbicus/ Tragicus/ Nomicus. Specie plures/ ut amatorii: quorũ ꝓprii sũt Epithalamii/ Comici/ Encomiastici. Differẽtiæ modulatiõis/ genere/ Tono/ Tropo/ Indole: quę triplex/ Contracta/ laxa/ Media.

Rhythmus q latine dicit̃ numerus/ Arsin hẽt & Thesin/ hoc ẽ leuationẽ ac positionẽ/ qbus uidelicet plaudit̃: orit̃q; de numeris cõnumeratis/ dinumeratis/ cõplicatis/ ac sesquatis. Discernit̃ uisu/ ut ĩ saltatione: auditu/ ut in cantu: tactu/ ut ĩ uenis. Et.n. medicorum doctissimus Herophilus motus oẽs illos & pulsus humani corporis ĩ musicos digessisse numeros narrat̃. Sũt uero numeri oẽs aut iudiciales/ aut ꝓgressores/ aut occursores/ aut recordabiles/ aut sonantes/ uel si mauis corporales/ ut illi ẽt signẽt̃: q sũt ĩ saltatiõe/ & ĩ certo motu uisibiles: ptes ãt Rhythmicę huius de qua nũc agitur qnq; sunt: Tempora prima/ Pedũ genera/ Agoge/ Mutationes/ Rhythmopoeia.

Metrica ab elementis & syllabis ad pedes pergit. Et.n. pedes syllabis constant/hoc est articulatis quibusdã sonorum motibus. Syllabæ temporibus tenduntur. Pedũ uero disyllabi quattuor/Trisyllabi octo/Tetra syllabi sedecim: qui complicati adusq; senas syllabas cõiugationes faciũt metricas. Metra primigenia quæ minime nũc a uersibus distinguimus nouem ferun tur: Dactylicum/Anapęsticũ/Iambicum/Trochaicũ/Choriambicũ/Antispasticũ/Ionica duo & Pęonicũ. Inq; his Acatalecta/Catalectica/Brachycatalecta/Hyp catalecta/Dimetra/Trimetra/Tetrametra/Pẽtametra/Hexametra. Paribus alia pedũ tẽporibus/alia supan tibus/alia integris/alia deminutis/alia synecphoneti ca. Composita metra aut similibus duplatis cõstant/aut dissimilibus quæ dicunt̃ Asynarteta. Sunt & quę uocant Apemphęnonta. Poema aut uersibus unius generis/aut diuersorum complexu constat duorum scilicet/trium/plurium qui/liber/aut obnoxius: isq; bi farius/aut trifarius: ut sunt Epodica omnia. Sed ut in Rhythmis libera perpetuitate cõiunctio porrigit̃: sic ĩ Metris ab aliquo certo fine reuocat̃: at in uersibus in duo membra quadã lege sibimet cõgruentia tribuit̃.

Geometria a puncto: quę nota in partilis est lineas per uidet rectas/circũferẽtes/flexuosas/iacentes/perpẽdi culares/alternas/disterminas: Angulosq; iustos/an gustos/latos/Summitates/Circulos/Semicirculos/&

q limites fasciati uocant̃. Trilateras/Quadrilateras/Multilaterasq; figuras. Inq; his Aequilateras/Aequicrurias/Gradatas/Rectangulas/Acutiangulas/Obtusiangulas/& quę parte altera lõgiores sunt/& Rhombos & Rhõboidis & Mẽsulas. In solidis Pyramidas/Prismata/Conos/Cylindros/Cubos/Sphęras/etiãq; illa quæ uocant Octaedra/Dodecaedra/Icosaedra.

Astronomia quæ dicitur & Sphęrica/cæli cõuersionem suspicit/ortus/obitus/motusq; siderũ/Axes/Polos/Cardines/Hemisphęria/Circulos/Septẽtrionalẽ/Solstitialem/Aequinoctialẽ/Brumalẽ/Australẽ/Signiferum/Lacteum/Meridianum/Finitorem/Coluros/Signaq; uel duodecim/uel cũ suis gestaminibus qnq; & triginta: Quæ quibus orientibus: aut occidẽtibus oriant̃/occidãt: Quę transuersa: Quę recta: Quæ uel Austrina uel Septẽtrionalia: quę stellę matutinæ: quę uespertinæ: quæ occiduales: quæ absconsæ: quæ recurrẽtes: quæ stationarię: quę sit Epicycliorũ: quæ latitudinũ: quę ue altitudinũ rõ: quę cui syncentra uel eccẽtrica: quę facies: quę magnitudines: q Lunę ad solẽ schematismi/Vt ĩtermẽstrua/edita/noua/Corniculãs/diuidua/prętumida/plenaq; sit totiens repetita uice: quę forma terrę: quę mundi inclinatio: quę umbrarũ uarietas: quæ temporũ: quę dierũ ratio: quot climata & Zonæ: q uocẽtur Antoeci: q Perioeci: qq; Antipodes: unde ẽt Agricolę/Gubernatores/Medici/Physici

uētos/hymbres/ęstus/pestilētiā/terremotusq; prēnoscūt

Calculatoria seu Logistice Figuris utit̄ numerorū nouē quas Pythagorici excogitarunt: quorū inuētum est etiā Diagrāma: quod mēsam Pythagoreā etiā uocitabāt: unde abaci Origo ē: in qua digiti & articuli cōpositi atq; icōpositi cū suis collocāt̄ limitibus. Hæc sex generibus cōtinet̄: elemētorū expositiōe/cōpositiōe/ablatiōe/multiplicatiōe/ Partitiōe/ Quadrati lateris īuētione. Ordo autē sic ī numeris ē/ut post sigulares/Deceni/Cēteni/Milleni/Myriades/Decenę myriades/Cētenę myriades/Millenę Myriades/Myriadū Myriades ueniāt. Signāt̄ āt manu sinistra ad cētenos usq;: Dextra Cēteni: Milleniq;: usq; ad Myriadas nec ultra

Geodesia uero quę ēt a Pappo Geomoria uocat̄/& ipsa ī sēsilibus uertit̄. Cōtinet̄q; generibus/ Recto/ Plano/ Solido/Pedatura ipsa/Porrecto/Cōstrato/Quadrato pede: Figurę q; oēs angulares/Circularesq; quātū colligāt ī area spatii/quę circuli circūductio sit: quę sphęrę deprehēdit̄/quāta ēt Strabi mōtis supficies. Notat̄ quæ plana sūmitas/quæ Liquis: quæ sit enormis. Climata ēt cernunt̄/Scopuli/Flexus/Anguli/Rigores/Lineęq; oēs/rectę/alternę: Basis/Vertices/Crura/ Diagonii/Perpēdiculares. Hypotinusæ Diametri & Perimetri: Tū mēsurę illę/miliaria/stadia: actusq; uel minimi uel quadrati uel duplicati/decēpedę seu ptice/Radii/Passus/gradus/cubiti/Pedes/semipedes/palmi/vncię digiti/semūcię seu stateres/q̄drātes/drachmę/scripuli

Oboli/Semioboli/Siliquę seu Ceratia/Pũcta/Minuta/ Mométa suis quæque notis gaudétia: Vocabula etiã terminis uaria iponebant̃. Vt excultellatis lateribus/ Arcifinium/Spatula cursoria/Gammatus/Cẽtusiatus/ & alia. Sic & limites itercisiui/Decumani/ Subruncini/ Scutellati/ Vstrinales/ permultiq; similes/ & agri ipsi Dextrati/Normales/Fenestrati/Citrati/Subsiciui/Tessellati/pręetereaq; diuersi nominant̃.

Canonice aũt/ratiões harmoniarum considerat apparẽtes regularum segmẽtis excogitatis/ atq; aures ut ait Plato præferens itellectui. Rõnes.n. Symphoniarum nunc Monochordo canone deprehendit: nunc Tetrachordorũ generibus diuisis/ quæ neruorum nõibus undeuiginti censentur/ qualia multa Ptolemęus exponit in his libris quorũ titulus est περί των ἐν αρμονικῃ κριτηρίων. Hæc uero i organis est percussionalibus/tensibilibus/inflatilibus.

Astrologiæ partes Gnomonice/quæ solariorũ discriminatis umbris horas ueruto denotat a Vitruuio diligẽter exposita: tum quę uocat̃ Meteoroscopice sublimitatum differẽtias & iterualla syderum deprehẽdens. Præterea Dioptice quæ solis & lunæ & aliorum syderum itercapedines colligit & ordines. Huc astrolabii ptinet iuentio: quam Ptolemęo Synęsius tribuit. Cuius partes uagina ipsa tympana cõtinẽs inquis æquinoctialis tropiciq; describũtur circi: quiq; alternis ori

zonti sũt Anaphorici: tum supra tympana quę uocatur Aranea designatur/ in qua zodiacus & clara quędã sydera cernuntur/ ut p noctem quota sit hora/ quotũq; temporis momẽtum repiamus.

Pleriq; tamẽ Astrologiam uocãt ipsam: quæ pprie Genethliologia uocatur. Cuiusq; professores a ueteribus Chaldęi/ Mathematici/ Genethliaciq; uocãtur: quæ licet utroq; iure/ ciuili põtificioq; damnetur: ĩpugnetur ab Augustino: rideatur a Basilio: tamẽ quia multos habet etiã nunc amatores/ iure ĩ cęterarum cõsortium recipietur. Diuidũt igitur Zodiacum circulum ĩ signa duodecim: singulaq; mox in ptes tricenas: quas ĩ minuta rursus sexagena. Signorũq; alia masculina faciũt/ alia feminina/ quædã bicorpora/ quædã tropica/ nõnulla item solida. Notãt & quattuor illa cẽtra/ quæ nos cardines: Horoscopum/ Mesuranema/ Occasum/ Hypogeum quæque singulis præcedũt: Apoclimata succedunt Epanaphorę. Sic domicilia duodecim faciunt: quorum torpida tria: reliqua nomẽ habẽtia boni maliq; genii dei deęq; mortis/ & utriusq; Fortunæ. Post hæc Arietem capiti: Taurum ceruici: Geminos humeris: Cordi Cancrum: Pectori Leonẽ: Virginem uẽtri: Libram renibus & uertebris: Scorpionẽ genitalibus: Sagittariũ femoribus: Capricornum geniculis: Aquariũ tibiis: Pisces pedibus: Sed & alios aliis regionibus populisq; præficiũt. Inter errãtes aũt soli lunęq; dant

primatũ/ Saturnum ſoli cõgruere Iouem Mercuriũq; dicunt: quos & diuinos appellant. Domos autẽ ſin gulas Soli Lunæq;/binas cæteris aſſignãt/ aliaſq; præ terea denotant/quibus ſinguli triſtentur & gaudeãt. Fines decanoſq; peruidẽt: tum qui cui ſint utrinq; ſa tellites: Trigonicus ne an Tetragonicus: an hexago nicus: an directus inter quoſq; ſit aſpectus: ſtellarũq; cæterarũ Diathema genituræq; dominum/præſertim qui dicitur Oecodeſpotes & reliquorum cõfiguratio nes/quæ ἀστερισμοί uocãtur: unde etiam de uita & morte/de moribus fortunaq; nõ ſingulorum modo ſed ciuitatum gentiumq; pronuntiãt: auſi etiã Chro nocratora quem dicũt: auſi mũdi genituram prodere Apoteleſmatum ueſtigiis.

Optice generis eſt nomen & partis. Pars ipſa cauſam ui ſibilium deprehẽdit: quæ ꝑ interuallum falſa credun tur: ut cum lineæ alternæ cõcurrere iter ſe uidentur & itercipi quadratorum anguli. Pars altera Catoptrice: quę circa omnifarias anaclaſis hoc ẽ reflexiones uer ſatur. Tertia Scenographice indicans quo pacto nec abnumera nec deformia fingamus ĩ imaginibus quę cernũtur: iteruallorum ſcilicet & altitudinum cauſa. Sed quę generis locum tenet/ea lineis utitur uiſus & angulis. Ita radiorum proiectiones inquirit ꝑ unum/ pluraq; perſpicua ſuper figuras corporum diuerſas: item umbras & lucis figurationes/& quæ directæ ui

ſioni quę reflexe faciant ĩpoſturã ſpeculis adhibitis: ſpeculorũq; oium affectiones/ Planorũ/ Globoſorũ/ Columnarium/ Turbinaliũ/ Cauorũ/ Cõuexorũ/ quæ uiſibus: quę rebus accidant etiam cum per mediũ perſpicui alterius cernimus ut ſub aqua/ poſt uitrum. Poſtremo quomodo uis ipſa oculis ĩſita medii cuiuſdã diuerſitatibus adficiat̃/ ut ĩ Iride cõtingit/ & omnino triplicem uidẽdi rõnem ptractat/ Directam/ reflexam/ Refractam.

Mechanica ſeqt̃: cuius ut Heron Pappuſq; declarãt/ altera pars rõnalis ẽ: quæ numerorũ mẽſurarũ ſyderũ naturęq; rõnibus pficit̃. Altera Chirurgice: cui uel maxĩme artes illę Aeraria: Aedificatoria: Materiaria: Picturaq; adminiculant̃. Huiuſ ãt partes Mãganaria: p quã põdera ĩmania minima ui tollũt̃ ĩ altũ. Mechanopoeetice: quę facile aquas antliis extrahit. Organopoeetice quæ bellis accommoda inſtrumenta fabricat̃. Arietes: Teſtudines: Turres ambulatorias: Helepolis: Sãbucas: Exoſtras: Tollenones: & quæcunq; græco uocabulo Poliorcetica uocant̃/ tormẽtorũq; uaria genera: quę libris Athenęi/ Bitonis/ Heronis/ Pappi/ philonis/ Apollodoriq; continentur ut latinos omiſerim. Mox & quæ Thaumaturgice. Cuius exẽpla ſunt Hydraulica Organa/ quęq; per ſe uẽtorum flatu reſonãt/ & quod uas Dicęometron uocabant/ & quod uoces auium uariarum exprimit. Et quod indidem merum

mox dilutum uinum: mox aquam calidam: mox fri gidam copiosam tenuemq; uicissim funditat. Et Siphones extinguendis incendiis. Et medicinales Cucurbitulæ sine ignis ministerio cutem prehendentes. Et Pilæ sponte saltantes: Et Lucerna suas ipsa producẽs stuppas: Et animal quod a Structore dum secatur in mensa/bibit interim: crepituq; suo quodam & uoce/sitientis repræsentat imaginem: Milleque alia id genus/quæ breuitatis studio prætermus. Hæc igitur ut in capita quædam conferatur: aut ponderibus utitur & spiritu: quorum præpõderatio mouet/ æquilibriũ sistit: sicuti etiam Timęus definit: aut neruis & funiculis/ animatos quasi tractus/ ac motus imitatur: Aut circa illa quę subnatent aquis: Aut item circa aquarũ uertitur Horologia: Quorum quidem generum primũ docet in pneumaticis Heron: Alterũ idem/i Automatis & Zygiis. Quartũ rursus i hydriis. Tertium uero in Ochumenis Archimedes. Est in eadem Mechanicę serie/ quæ centrobarica pars dicitur: Ex qua reliquę pendere dicuntur/ & Sphęropoeia qualis illa Archimedea Claudiani laudata uersibus. Suppeditat eadẽ Architecturę quoq; scansorias/ Tractiles/ & spiritales machinas.

Moralis/ pars ciuilitatis est: in qua de bonis agitur diuersis: Quorum numero etiam Virtus est seu rationa

lis animæ sit/seu rationi obtemperantis. Tractantur igitur affectus & potestates & habitus animi/ & i his Excessus/Defectus/ Mediocritates/Arbitriũ/ Electio/ Appetitus/eiusq; partes: Cupiditas/ furor/uoluntas. Hinc & uirtutes Fortitudo/Aequanimitas/Continentia/Temperantia/Liberalitas/Magnitudo animi/ Magnificentia/ Honestas/Grauitas/ Vrbanitas/ Veritas/ Iustitia/Scientia etiam/Prudentia/ Intellegentia/Aestimatio/Sollertia/Sagacitas/Comitas/ Heroica Virtus/ Voluptas /Prosperitas/Amicitia/ Beneuolentia/ Concordia: Amorq; sui: Parsq; illa tractatur: per quam quisq; sibi satis est: alia q; deinceps ad felicitatem ptinentia.

Dispẽsatiua Triplex: Domini/Mariti/Patris. Ea quærit/ Seruat/adornat/ Vtitur. Regiaq; est: Satrapica: Ciuilis: Idiotica.

Ciuilis triplex/Regnum/Optimates/Respublica. Cuius excessus totidẽ/Tyrannis/ Oligarchia/ Democratia. Diuiditur a Platone trifariam/ quẽadmodum & anima. Nam rationi cõgruere Philosophos/ Iræ Milites// Cupiditati uoluit Artifices. E Philosophis/Principes/ Magistratus/Sacerdotes/Senatores/Iudices legũtur q leges uel ferãt/uel exerceãt. Itaq; locus hic est/in quo ius ciuile nõ qdẽ in titulos/quod longũ foret nimis! sed in summa genera partiamur. Ius igitur Ciuile Romanorum tametsi uoluminibus quoq; aliis cõtineã/

tamen Pandectis ipsis in suas partes distributis, utpote omnia genera complectentibus plena digestio resultabit. Septem igitur in his articuli sūt: quorum primus ea continet, quę græce τὰ πρῶτα uocāt, Secundus iudicia. Tertius res. Quartus hypothecas. Quintus testamēta, quæque testamentis accedunt. In sexto Tituli cōtinent̄ bonorum possessionis uarii, neq; nō operis noui nunriationes, damniq; infecti, & pro ędificiis dirutis & eorum insidiis: & de aqua pluuia arcēda: de publicanis, Donationibus: Manumissionibus Liberaliq; causa. Tum de Dominii & possessionis adquisitione: deq; his qui iudicati uel i iure cōfessi sūt. De bonorum detentionibus: Et nequid in fraudem creditoris fiat. Interdicta: Exceptiones: Temporū prolixitates: & Actiones. Vltimus stipulationes: Fideiussiones: Acceptilationes: & titulos illos Admunicipales: đ Decurionibus & Muneribus: De publicis operibus: Nūdinis: Pollicitationibus: Cognitionibus: Censibus: Verborū significatione: Iurisq; regulis.

Pontificium Ius quasi succētiuum Ciuilis est: & ad eius exemplum: quatenus ratio patitur diuidendum.

Res Militaris Viris & Armis constat. Viri Dux & Milites: Et qui militum causa. In Duce Scientia, Peritia, Auctoritas, Fortuna requiritur. In Milite Robur, & disciplina. Hi uel Equites uel Pedites diuersis in acie nominibus disticti: Militum causa fabri, Tubicines,

Liticines: Lixę: Calones. Arma quibus oppugnamur aut defendimur: eaq; de quibus in Mechanica diximus: inter quæ etiam naualia continentur. In quo genere Liburnæ Classes & Lusoriæ sunt. Huc autem Tironum delectus, & exercitatio: Positio castrorum, & Munitio: Instructio aciei: quæ Tactica græci uocant: qualis est Orthia Epagoge, & Coelembolos, & Phalāges Varię, ac Diphalāgię, Amphistomi, Antistomi, Peristomi, Omoeostomi, Eterostomi, Inflexę, Incuruę Ouatę, Lunatæ, Laterculi, Rostra, Et alia id genus. Oppugnatio, Propugnatio. Postremo Strategemata ipsa qualia Frontinus exsequitur.

Restant Artifices uarii qui sic īter se pmixti sūt: ut singuli singulis generibus subici nequeāt. Itaq; prius de his artibus breuiter dicemus: quę sunt a scriptoribus celebratę: quales Agricultura: Pastio: Venatio: Architectura: Graphice: Coquinaria: Theatricę nōnullæ: cæteras uelut aceruatim postea numeraturi.

Agriculturæ principia, Aqua, Terra, Anima, Sol. Finis, Vtilitas, & Voluptas. Partes, Fundi cognitio: Quæ in eo sunt opus: Quę faciēda: Quo tempore: In primo: Forma, Genus, Quantitas, Tutela. Forma, Naturalis, aut Artificiosa. Naturalis Campestris, Collina, Montana. Artificiosa, ad Speciem Fructumq;. Genus Terræ, Macrū, Pingue, Mediocre. Quātitas, a iugo ad Cēturiā & Saltū. Tutela, Naturalis, Agrestis. Militaris, Fabrilis.

Secunda pars hoïes & instrumēta reliqua hēt: Homines serui/aut liberi. Reliquū instrumētū semiuocale/ & Mutum. Tertia pars quæ præparāda: & ubi queq; faciēda. Quarta circūitus Solis annuos/ & cursus Lunę menstruos habet.

Pastio aut ruralis aut uillatica. Prior ī minore & maiore pecore uertitr/ & qđ pp ea paratr. Minora pecora/ Ouis Capra/ Sus. Maiora/ Boues/ Asini/ Equi. Tertiū genus Muli/ Canes/ Pastores. Posterior/ Auiaria/ Leporaria/ & Piscinas hēt. In auiariis aut quę terra sunt cōtentæ/ ut Pauones/ Turdi/ Colūbæ/ Turtures/ Gallinæ. Aut quę uocantur Amphibia/ ut Anseres/ Anates. In leporariis duplex genus. In altero Apri/ Capreę/ Lepores. In altero Apes/ Cochleę/ Glires. Piscina dulcis aquæ pisces habet/ aut marinę.

Venationis laudes & pręcepta Xenophon gręce scribit & Oppianus. Apud hos qualis ēe uenator/ qbus uti retibus/ laqueis/ telis/ armis/ instrumentis/ Canibus quoq; pacto/ quo tempore/ contra quę quas Feras debeat ostenditur.

Architectura rōnem cōtinet & fabricā. Cōstat āt ordinatiōe & dispositiōe. Cuius ptes Chorographia/ Orthographia/ Scenographia/ Eurythmia/ Symmetria/ Decor Distributio. Hæc publicorū aut priuatorū ædificiorū Defēsionis/ Religiōis/ Opportunitatis causa. In quis oibus habenda ratio firmitatis/ utilitatis/ uenustatis.

Graphice Pictoribus/Statuariis/Celatoribus/Scalptori bus/Fictoribus/Encaustisq; cōis ē/sic artibus cōferēs auctore Nicomacho: queādmodū philpsophiæ con ferūt Mathematicę. Hęc Symmetriā dimensione colli git & finitiōe. Dimēsio pficit̄ Hexēpeda & Normis. Hexēpeda pedibus/Pedes unciolis/Vnciolæ minu tis. Norma aut stans/aut basis. Finitio colligit̄ orga no: cuius ptes Orizon Radius Perpendiculū sūt. Ex his ātsingulorū mēbrorū relationes ad totā corporis pceritatē: atq; alterius ad alterū iter se pportiones cer nunt̄ quales sint: quo cōueniāt: quo differāt. His adi cit Pictura colores & umbras: qbus oculos/capillū/ uultus/lumina/tractusq; regionū reprçsentet/i affecti bus exprimēdis/animiq; sensibus laudatior.

Coqnariæ capita grçca referā/qualia ponit Apitius. Ea sūt Epimeles/Artoptus/Cepurica/Pādecter/Osprion/ Tropheres/Polyteles/Tetrapus/Thalassa/Halieus/ hanc Plato adulatricē medicinæ appellat.

Theatrica/Scęnicos/Gladiatores/Gymnicos/Agitato res habet.

Scęnici ut Hypocritæ/Comędi/Mimi/Tragędi/Thyme lici/Saltatores/Chironomi. Speciesq; saltatiōis primę: Cordax/Sicinnis/Emmelia. In quo genere ēt Pyrrhica rii. In Thymelicis autē Citharoedi/Citharistę/Tibici nes. Adice si placet & Choragos. Et siq sunt pręterea theatrici operarii.

Gladiatores ut Retiarii/Secutoresq;: qui Mirmillones/ Threces/Samnites/Hoplomachi/Numerarii/Aridarii Probactones/ Dimacheri/Orbelæ. Tũ equestres Esse darii: & ut qdã adiciũt: Velites/Laquearii. His ẽt ad iunge Lanistas ipsos: a qbus erudirent̃. Et itẽ Ludia rios uenatores/& Bestiarios.

Gymnici Stradiodromi/Dolichodromi/Diaulodromi/ Pugiles/Palestitę: Acrochiristę/Sciamachi/Xustici/Pã cratiastę: qui Saltu/ qui Disco/ qui Pentathlo: quiq; Iaculo nobiles trãsfinem scammatis expedito.

Agitatores ut Russati/Albati/Prasini/ Veneti/ qbus au rati Purpurei/ Luteiq; adiecti. Tũ desultores: & qui Troiã luderẽt. Et iter Aurigas Bigarii/ Trigarii/Qua drigarii/Seiugarii.

Restãt artes aliæ cõfertim dicẽdę: solaq; cõtentæ nomẽ culatura: quarũ pars uictui seruiunt. In his Aucupes sũt/Hamiotæ/ Piscatoresq; alii/ Vrinatores/Aquarii/ Cetarii/Macellarii/ Cuppedinarii/ Salsamẽtarii/Lanii Fartores/Cõdimẽtarii/Obsonatores/Vinarii/Pistores Pistrinarii/ Siliginarii/Sitonæ/Dardanarii/Lupinarii/ Caupones/Tabernarii/Hospites/Stabularii/ Popina rii/popinarũq; Institores/Biberarii/Botularii/ Crustu larii. Sed & Structores: & Lactarii: & Pomarii: Herba rii: & Seplasiarii: & Medicamentarii oẽs: oĩsq; deniq; Forẽsis turba. Qđ genus & Olitores Ficitoresq; sunt

Post hos & ipsi corporis agentes curam Tonsores: Bal

neatores/Pilicrepi/Alipili/Mediaſtini/Mãgones/ Aliptæ ſeu pędotribæ/ Ciniflones/ Arcularii/ Propolæ/ pigmẽtarii/Coronarii/Coſmetę: Funerarii/Libitinarii Deſignatores/Pręficæ.

In tertio q̃ſi genere numerentᷣ ἀποχειροβίοτοι illi q̃les fabri ſũt oẽs: Tignarii/ Cementarii/Materiarii/ Aerarii/Ferrarii: Tũ Plauſtrarii/Carpentariiq;/& Vehicularii: Sed & Pegmarii/ & Automatarii: Tũ aurifices/ Inauratores/Bratttearii/Monetales/Argẽtarii/Vaſcularii Muſiuarii/Gẽmarii/Dolearii/ Figuli/Tectores/Imbricarii/Carbonarii/Calcarii/Laterarii/ Fornacariiq; cæteri/Lapidarii/Lapicidę/ Serrarii Tornatores/Loricarii/ Telorũq; artifices & clauſtrorũ. Poſtremo etiã Fribolarii oẽs/Vitrearii/Sulfuratarii.

His adice Lanarios: Sericarios: Liteones: Bracarios: Fullones: Textores: Infectores: Lanificas: Lanipendias: Carminatores: Pãniculanos: Sagarioſ: Pallioneſ: Interpolatores: Sarcinatores: Patagiarios: Flamearios: Violarios: Manulearios: Molochinarios: Semiſonarios: Libularios: Plumarios: Polymitarios: Phrygiones: & q̃ netũ aurũ ĩtexũt & Netrices: & itẽ Funicularios: Reticularios: Caligarios: Cerdones: Sutoreſq; oẽs. Calceolarios: Crepidarios: Solearios: Veteramẽtarios: & item Zonarios.

Deniq; his Notarios/Pragmaticos: Scrinearios/Exceptores. Ab actis: a memoria: a libellis Subadiuuas/ Calculatores. Cõmẽtarienſes. Ab epiſtolis Scribas/Librarios

Bibliopolas/Chartularios/ Capsarios/Nomēclatores
Prȩterea Nautas/Gubernatores/Remiges/Epibatas/Pausarios/Proretas/Neulcos/ Helciarios/Vectores/ Nauicularios/Ratiarios.

Ad hæc Stratores/Tabellarios/Cursores/ Cisiarios/Muliones/Agasones/ Proxenetas/Victimarios/Mãsuefactarios/ Institores oēs. Itē prȩcones/Coactores/Venaliciarios/Foricarios.

Nam quid ego Nūmularios cōmemorē/ Arcarios/ Mercatores/Negotiatoresq; alios?

Quid & illos Nugatorios artifices: Petauristas/Circulatores/funiambulos/Neurobatas/ Tichobatas/ Sacculari os/Pilarios.

Sed iã uideo đ fece haurimus. Itaq; mox paulo meliora.

Seqr̃ Grãmatice/ quæ uel Methodice: uel Historice: uel Mixta ē. Methodice ī loquēdo & scribēdo ē. Historice ī legēdo & enarrãdo. Cōīs ī iudicio. Grãmatices īfãtia: Grãmatistice a grȩcis/a Varrone litterario uocar̃. Hic litterȩ syllabȩq; cū suis uel fastigiis uel longitudinibus. Hic oratiōis ptes & ꝓportio & inȩq̃litas: Et uitia duo Rusticitas & Stribiligo & Orthographia: & item pedes Metaplasmi/ Tropi/Schemata/ Glossemata/Nota/ Suspensio/ Distinctio / Clausula / Vocis elatio depressio/Flexus: Cōcitatio: Mora. Positurȩq; tractantur: & qui legendi: qui reiciēdi: quid in quoque probandum: qui cuique præponendi: quæ sit in his Oeconomia: quod ue decorum. Prȩterea Rhetorum

Progymnasmata quidam grãmaticis attribuerunt.

Historia. uel fabularis uel ad fidẽ: Fabularis aut uoluptatis ut ĩ argumẽtis comicorũ: aut adhortationis gratia. Hęc aut argumẽtum hẽt ex ficto: ut ĩ Aesopeis fabulis: aut ex ueri soliditate quę aut ꝑ turpia cõtexit̃: ut ĩ quibusdam poeticis figmẽtis / aut pio tegitur uelamine / quod solum genus Philosophi ueteres admiserunt. Ad fidẽ historia de locis est ut Geographia / uel de temporibus ut Chronice: uel de natura ut animaliũ / plãtarũ: uel de gestis rebus ut Annales / Historięq; ceterae. Quarũ elemẽta sunt Personae / Causae / Locus / Tempus / Modus / Instrumentũ / Materia / Res. Stilus in historia fusus & continuus nõ perihodicus / nisi cum Prosopopoeias asciscit ĩ contionibus.

Dialecticam primus latinitate donauit. M. Varro: quae sex normis utit̃. Et. n. de loquẽdo / de eloquẽdo / de ꝓloquẽdo / de ꝓloqorũ sũma / đ iudicãdo: đ his quę dicẽda sunt quęrit. In loquẽdo sũt illa / Genus / Spẽs / differẽtia / propriũ / accidẽs / definitio / totũ / pars / diuisio / partitio: tum noĩa illa quę sunt ęquiuoca / uniuoca / pluriuoca / uerba: quę sua / quę ue aliena rebus. Ad haec Substantia / qualitas / quantitas / ad aliquid / facere / pati / situs / quando / ubi / habere: Tum opposita quotiẽs dicuntur / quotiens illa / Simul / Prius / Motus. In eloquendo aũt illa / Quid nomen / Quid uerbum / Quid ex his iunctũ. Quae subiectiua sententiae pars /

quæ declaratiua: Qui modus utriusq;: Quatenus nomen accipiat̃ aut uerbũ: Quatenus perfecta sentẽtia proloquium sit. In proloquẽdo aũt / Quæ differẽtiæ ꝓloquiorũ / quantitate / , qualitate: Quid uniuersale: quid particulare: qd indefinitũ: quę sint aientia: quę negantia: quę uim habeãt singula: quemadmodũ inter se affectę sint uniuersales / particulares / dedicatiuę abdicatiuæ: deq; iis congruę: Incongruę: Suppares: Alterutræ. In summa proloquiorum. Quid sumptũ: Quid illatio: Quid ratiocinatio: Quid conclusio: quæ prædicatiua Ratiocinatio: quæ conditionalis: & quid intersit: Quot & quæ formulæ prædicatiui conditionalisq; generis: Quot in quaque formula modi sint: Vtrum idem ordo sit / & eiusdem ordinis quæ ratio. Post in cõditionalibus quot primi necessariiq; sint modi: quis ordo: quo differãt. In iudicãdo refellendi regulæ sũt: quibus cauilla & captentulæ discernunt̃. Reliqua pars ĩ locis ẽ / qua uel maxime oratores utunt̃. Et in diuisionibus itẽ & in finitionibus ars ingens.

R hetoricę materia duplex: Vbi & unde fiat orõ. Prior in quęstionẽ diuidit̃ & causam. In ea partes officii cõsiderant̃ & orõnis. Officii sũt illæ Inuẽtio / dispositio elocutio / memoria / & ꝓnuntiatio. Inueniunt̃ quęstiones / genera: Naturæ causarum / & ductus: tũ illa quibus fiat fides: Quęstiones quæ principales quę ue

incidentes. In principalibus an sit: quid sit: quale sit: unde status fiunt illi rõnales / Cõiectura / Finis / Qualitas. Mox & legales: E quibus aliiq; propagãtur / & iudicatio emergit. Causarũ Genera Demonstratiuũ / Deliberatiuũ / Iudiciale. Rursus honestũ / admirabile / humile / anceps / obscurum: Natura / Simplex / Multiplex / Ductus ex cõsilio nascens / Simplex / Subtilis / Figuratus / Obliquus / Mixtus. Fides cõciliando fit / docẽdo permouẽdo. Cõciliamus ĩ principiis. Docemus ĩ narratione. Permouemus in epilogis. Cõciliamus ex persona & re. Persona uel auditoris / uel rei / uel oratoris / uel aduersarii. Re uero honesta & utili. Docemus argumẽtis artificialibus / aut inartificialibus. Priora uel insunt negotio: uel negotiũ attingũt. Insunt a toto / Parte / Nota. Attingunt a coniugatis Genere / Forma / Simili / Differẽti / Cõtrario / Cõiunctis / Antecedẽtibus / Cõsequẽtibus / Repugnãtibus / Causis / Effectis / Comparatione Maiorũ / Minorũ / Parium. In artificialibus uero Scriptura / Auctoritate: necessitate. Cõmouemus miseratiõe: odio: Inuidia: Metu: Spe: Ira & similibus. Dispositio naturalis est ordinẽ tenẽs: & artificialis ꝑ ratione causę ꝑmutans. Elocutio fundamentũ habet & fastigium. Fundamẽtũ Latine & plane dicere. Fastigium copiose & ornate. Cuius rõ duplex in singulis & copulatis uerbis. Singula ꝓpria & tralata. Propria antiqua & noua. Tralata inopię decorisq; gratia. Co

pulata/Constructione/Conclusione/ Figuris. Ita coagmentata/perfecta/uenusta: quæ rursus uel continuata & fusa/qualis i historia uel perihodica: quæ rursus uel membris cesisq; constat & ambitu / uel Monocolos ē. Memoria uero Naturalis & Artificialis est. Hęc partitione costat/& locis/ & imaginibus. Pronuntiatio autem Voce/ uultu/gestu/cultu / & habitu oris cōtinetur.

Orationis partes Exordium / Narratio/ Propositio/ Argumentatio/Peroratio. Exordium attentum/docilē/beniuolum pręstat auditorem. Narratio aut Historia aut Fabula/aut Argumentum/ aut Iudicialis assertio. Cuius elementa Personę/Causa/Locus/Tempus/Materia/Res. Esse autem dilucida/uerisimilis/breuisq; debet. Et est aut ipsius causæ/aut incidens/aut cōtinua/ aut partilis: & narramus Augentes/Attenuantes/Prætereuntes/ Docentes/Monentes/Gratiam uel Inuidiā comparātes/& item digredientes. Propositio aut nostra est/aut aduersarii/aut Communis/aut pricipaliū/ aut Incidentium/ aut Simplex/aut Cōiuncta. Rursus aut Simplex / aut per inductionem. Postremo uel nuda/ uel rationi subiecta/ uel summatim/ uel partibus. Argumentatio aut confirmat/ aut reprehendit. Peroratio Enumeratione constat/ Indignatione/ Miseratione.

De Poetica breuius dicēdum: quod & sępius hoc ipso

loco de ea perorauimus/ & ĩ nutriciis eidem satisfeci mus: & multa cũ supioribus disciplinis hẽt cõmunia. Prima spẽs illius ẽ quę metro heroico/ fabula allego rica/ historia uetusta/ & suo quodã dicẽdi genere uti tur. Altera eorũ q uersificatores appellãtur/ Tum Ly rici/ Tragici/ Comici/ Satyrici suis & ipsi ptibus distin cti/ Mox Elegiaci & utriusq; Satyrę scriptores/ & Iam bici/ Bucolici/ Asmatographi/ Epithalamiographi/ Monodi/ Epigrãmatũq; auctores. Tum illa obscurio ra Poematum genera Ithyphallicum/ Manerus/ Bori mus/ Lytierses. Et item qualis Cẽtaurus ille Chęremo nis/ quę cõmuni uocabulo Poemata dicunt̃. Triplex aũt genus/ Dramaticon/ Exegeticon/ Mixtũ. Caracte ribus ãt cõstãt/ Lõgo/ breui/ medio/ florido. Quippe finitimus Oratori Poeta ẽ: ut Cicero inquit. Sicut nu meris astrictior/ ita uerbis licẽtior.

Reliqua diuinatio est: quæ Prophetia quoq; dicitur a nostris. Hęc (ut ait sacer Chrysostomus) aut spiritalis aut naturalis/ aut artificiosa/ aut popularis/ aut dãna ta est/ & pfana. Spiritalis/ Ecstasi uoce/ parabola/ affla tu/ uisione. Visioq; ipsa triplex/ Oculis/ imaginatiõe/ mente. Naturalis/ Brutorũ/ furentiũ/ dormientiũ. Bru ta eni sicut Hirũdines/ Formicę/ Grues/ Alcedones/ Erinacii/ aduentantẽ pręsentiũt hiemẽ. Furor est autẽ (sicuti Plato ait) quadruplex/ Vatum/ Poetarum/ Bac chorum/ Amantiũ. Visa dormiẽtiũ aut insomnium

sunt/ aut somnium. Insomnio Phantasma occurrit:
quod uisum Cicero appellat/ & Epialtes qui latine in
cubus dicitur somnio/ uisio/ & oraculum: quę gręce
ὄραμα & χρηματισμοσ dicuntur. Insomnium di
uinatione caret. Ex cura animi/ corporis/ & fortunæ.
Somnia uel Theorematica uel allegorica sunt. Hæc
autē uel propria/ uel aliena/ uel cōmunia/ uel publica
uel mundana: quorū cōiectura fit/ natura/ lege/ cōsue
tudine/ arte/ nominibus/ definitione. Qui uero sōnia
ĩterpretant̃ Cōiectores dicunt̃ a nostris. Extātq; libri
adhuc Daldiani Artemidori/ Onirocriticon. Artifi
ciosa est qua medici: qua cōsiliarii: qua gubernatores
utunt̃. Nam & medici morborū pricipia/ momenta/ fi
nesq; prescistunt: & cōsiliarii/ qd expediat ĩposterum
coniectant: & gubernatores uētorū tēpestatūq; præui
dēt uarietates. Popularis dicit̃ quę uulgo nota: sicut
hiemē: dein uer: cęterasq; deinceps tēporū perihodos
futuras. Extrema illa ē quę malo adscribit̃ Dęmoni:
quo genere Pythiæ Dodonidesq; sūt: & item diuina
culi cęteri: ut Omoplatoscopi: ut etiā q extra pecudū:
q uolatus/ q cantus auium: q monstra: q tonitrus: q
fulgura: q sidera: q sortes: q symbola/ omina/ auspi
cia: q sternumenta: q mustelarū: q muriū/ uel strido
res/ uel occursus: qq; aures tintinantes: oculos salien
tes: Foliorū crepitacula: pomorū semina ĩ sublime ia
ctata: Bacilla: Cortices: Nomina: Imagines: Phialas:

specula: & mille id genus alia obseruabant. Tum illa quoq; pars dānata ĩprimis quæ uel malos Genios cō sulit/uel Deos euocat Manis/cuiq; Magicę nomē fecimus/ut quā Pythones: ut quā ꝓfitebanť Engastrimythoe: ut item Necyomātia/ Sternomātia/ Alectromantia/ Pyromātia/ Alphitomātia/ Aleuromantia/ Crithomantia/ Aeromātia/ Hydromantia/ Geomantia/ Astragalomantia/ Tyromantia/ Gyromantia. Sed & Chiromantia & item Coscinomantia: multaq; id genus alia uana prorsus & deridicula quęque iam merito silētii nos admonent.

Impressit Antonius Miscominus Florentię. MCCCC
LXXXXI. Decimo kal. Martias.

